

Ex quo intelligitur, fabulosa & commentitia esse quae in quibusdam apocryphis libris leguntur de Macario quodam Romano, & aliis tribus Monachis, qui cum omni studio sese ad investigandum Paradisi locum dedissent, peragratis longinquis regionibus, tandem ad ipsius Paradisi aditum pervenerunt; ab ejus tamen introitu prohibiti sunt, nec illuc accedere auri, horribili illa Cherubini custodia perterriti. Similiter commentitium est, aut saltem valde dubium & incertum, quod aliqui dicunt, nimirum locum Paradisi esse cognitum, & prope eum habitare aliquos populos; neminem tamen in eum penetrare posse, eo quod ex altissimo Paradisi monte magnum illud flumen quo irrigatur, tanto sensu monte magnum illud flumen quo irrigatur, tanto sensu ubi amplissimum quem facit lacum, ex quo quatuor illa a Moysse memorata flumina oriuntur, ut qui ejus palatris ripas accedunt homines, propter intolerabilem illum fontium praecipitans fluxum, cames ab insania usque obsurdescant, non secus ac de habitantibus ad Catadupa Nili proditum est.

DISPUTATIO III.

De statu naturae integrae.

HUIC usque diximus de statu innocentiae: nunc breviter agendum superest de statu naturae integrae, qui licet in primis parentibus cum statu innocentiae conjunctus fuerit, ab eo tamen distinctus fuit, postquam ab illo separati, ut patebit ex dicendis articulo sequenti.

ARTICULUS UNICUS.

Quid sit natura integra status, & quomodo differat a statu innocentiae?

1. Durandus in 2. dist. 28. quaest. 1. existimat naturam humanam integritatem, seu statum naturae integrae, nihil aliud dicere quam humanam naturam seu essentiam, cum omnibus facultatibus conaturaliter ex ea manantibus; puta corpus iuste magnitudinis, cum suis omnibus membris & organo, sanitate, ac viribus consentaneis; & animam cum suis omnibus facultatibus, tum organicis, nempe sensu, appetitu, & potentia mori; tum in organice, nimirum intellectu & voluntate, cum carentia peccati quoad naturam poens & culpae, ex quo infertur peccatum hominem in pura conditi natura, quin etiam in statu integrae naturae creatur.

2. Sed hanc sententiam, & modum explicandi statum naturae integrae committere reijciunt Theologi, afferentes hanc statum superaddere naturae his donis instructae, carentiam interioris dissidii & conflictus inter partem superiorem & inferiorem; subindeque pacem internam, seu perfectam subjectionem appetitus sensitivi sub rationali, quae in eo consistit, ut appetitus sensitivus sua operatione non preveniat imperium voluntatis, nec postquam operari coepit, prosequatur ea repugnante, sed pro ejus nutu & arbitrio applicetur ad suos proprios actus, qui passiones vulgo appellantur, quemadmodum facultas motrix ad motum progressivum. Unde Cajetanus 1. 2. qu. 109. art. 2. hujus secundi status ab aliis differentiam explicans, docet talem statum addere supra naturalia vigorem rationis, seu superioris partis animae; ad conservandum statum rationis in nullo distonum. Hunc autem vigorem dicit non esse naturae simpliciter, quia non fluit ex natura; nec simpliciter gratiae, quia ad nihil se extendit nisi ad bonum naturae rationali proportionatum, scilicet vivere secundum rationem; seu esse quodammodo gratiae, quodammodo naturae, pro quanto homo nunquam habet, nec habere potuit ex naturalibus hunc vigorem, sed ei advenit ex conjunctione ad justitiam originalem. Sicut enim cogitativa ex conjunctione ad intellectum melius operatur, quam intellectu absente, unde in homine (teste D. Thoma 1. part. quaest. 78. art. 4. in corp. & ad 3.) confert, componit, & dividit, ob assinitatem & propinquitatem ad rationem universalem, seu intellectum: ita natura rationalis, ex conjunctione ad donum justitiae originalem, praedictum vigorem habuit.

3. Integritas ergo naturae in tali vigore, appetitum sensitivum rationi perfecte subijcitur, formaliter consistit: nam licet sine ea natura nostra habere possit omnia quae conaturaliter exigit, atque adeo in aliquo sensu integra appellari; placuit tamen Theologis, significationem vocum libere instituentibus, hanc perfectionem vocare integritatem naturae. Et hujus impositionis hanc videtur esse rationem. Natura humana sine illo dono est quasi regnum in se divisum, affectibus nimirum partis inferioris ad diversa tendentibus: caro enim concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, ut ait Apostolus: unde perfectio quae hanc divisionem seu divisionem naturae humane medetur, & a qua pacem & concordiam recipit, eam quasi

unire, perficere, & integrare censetur, ut convenienter in suis motibus & affectibus progredi possit; subindeque recte unio seu integritas naturae dicitur, & status qui per eam conluitur, status naturae integrae non incongrue appellatur.

Ex quo patet, statum integritatis naturae diversum esse a statu naturae pura; quia includit omnia quae ad naturam pertinent, & addit aliquid ei non debitum, nempe praedictum vigorem, appetitum sensitivum rationi perfecte subijcitur, ex quo fit quod illi status sint inter se separabiles, & quod homo in statu naturae pura sine dono integritatis creari potuerit, ut disput. 6. ostendimus. Unde Pius V. & Gregorius XIII. hanc Michaelis Baji propositionem damnarunt: *Falsa est Doctorum sententia, primum hominem potuisse a Deo creari, & instrui sine justitia naturali.* Ubi per justitiam naturalem, donum integritatis aut originalem justitiae, quo Adam in sui exordio dotatus fuit, intelligebatur.

Liquet etiam ex dictis, statum naturae integritatis non includere essentialiter statum gratiae sanctificantis: cum enim subiectio partis inferioris ad superiorem sit effectus formalis ordinis naturalis, a forma ejusdem ordinis provenire potest.

An vero idem status a statu innocentiae seu originalis justitiae realiter distinguitur, dissensio & controversia est inter Theologos, aliis affirmantibus, aliis negantibus. Sed sententia affirmans videtur probabilior, & menti D. Thomae conformior; Nam S. Doct. 1. 2. q. 109. art. 2. docet in statu naturae integrae posse hominem per sua naturalia velle, & operari bonum suae naturae proportionatum, non autem bonum excedens: At si integritas naturae & justitia originalis essent idem realiter, hoc non esset verum; nam cum justitia originalis sit donum superadditum naturae, quod per illam, aut ex vi illius fit, non sit per naturalia, aut ex viribus naturae, & cum probabilis sit, donum justitiae originalis esse idem realiter cum gratia sanctificante, ut ex supradictis disput. 1. art. 5. patet, probabile etiam est hominem justitia originali praeditum, posse velle & operari bonum superexcedens: Ergo juxta D. Thomae integritas naturae a justitia originali realiter distinguitur. Unde idem Doctor Angelicus 1. 2. q. 91. art. 6. in corp. sic ait: *Item deservitur originali justitia, & vigore rationis: particula autem copulativa &, diversitatem significat, ut recte observat Cajetanus hic q. 109. art. 2.*

Ratio etiam suffragatur: Nam status naturae integrae, ut diximus, formaliter constituitur per vigorem, appetitum sensitivum rationi perfecte subijcitur: At status innocentiae hanc quidem vigorem includit, aut supponit, sed praeter illum plura alia importat dona & privilegia, nempe immortalitatem, indolentiam, immunitatem ab omni errore & deceptione, & alia quae dispositione praecedenti expofuitur: Ergo status naturae integrae distinguitur a statu innocente per modum inclusi ab includente. Unde quantum in primis parentibus natura humana donum integritatis ex conjunctione ad justitiam originalem habuerit, subindeque statum naturae integrae, & status innocentiae, nunquam separati fuerint, sunt tamen invicem separabiles: potest enim communicari homini donum integritatis, absque originali justitia, & aliis donis & privilegiis ei annexis.

Dices D. Thomas 1. 2. quaest. 109. art. 2. & alii Theologi communiter, de status naturae integrae & innocentiae tantquam de uno loquantur: Ergo existimant illos non distinguere inter se realiter, nec posse ab invicem separari.

Sed nego Consequentiam: non enim ideo de illis tantquam de uno loquantur, quod putent eos non distinguere, sed quia inter se conjuncti fuerunt, & quia primi parentes non habuerunt donum integritatis, nisi ex conjunctione ad originalem justitiam: vel quia integritatem naturae latius accipiunt, ita ut non modo extinctionem formis, seu perfectam subjectionem appetitus inferioris ad rationem, sed etiam eam perfectionem quam primi parentes habuerunt ab originali justitia, & donis ac privilegiis eam concomitantibus, comprehendat.

Hunc statum integritatis naturae supponunt communiter Theologi non solum esse possibilem (quod videtur per se notum, cum nullam involvat repugnantiam) sed etiam datum fuisse primis parentibus in sua creatione: quod a posteriori colligitur ex eo quod Genes. 2. de illis dicitur, non vidisse se esse nudos, donec peccarent; id enim asseritur, non quod nuditatem suam sensu vidus non perciperent, sed quod de illa non erubescerent, quia motus inordinatus tunc non patiebantur: ut exponit Augustinus lib. 14. de civit. Dei cap. 17. his verbis: *Sicut scriptum est, nudi erant, & non confundebantur, non quia eis nuditas esset incognita, sed quia turpis nuditas nondum intrat; quia nondum membra illa prae arbitrium libido moverat; nondum ad inobedientiam hominis redarguendam, sua inobedientia quodammodo caro testimonium perhibebat.* Item Bernardus serm. 2. de Annuntiatione, de primis parentibus ait: *Nonne contrarium legem invocaverat in membris suis, quos de non pudere corpora nuditatis? Tunc ego, inquit, eo quod nudus essem. Non sic, miser, non sic paulo ante timebas, non querebas scilicet, licet corpore nudus, sicut & modo, &c.*

DISPU.

DISPUTATIO IV.

De statu Naturae lapsae.

QUE de homine haecenus diximus, pertinent vel ad declarandum humanam naturae dignitatem & praestantiam, vel ad demonstrandam excellentiam & felicitatem ejus itatus, in quo Deus conditus a se hominem collocavit; haec autem disputatio luculentius ac funestum, & velut tragicum continet tanta felicitatis exitum, lapsum primorum hominum in peccatum, non ipsis tantum, aut inini vel multis gentibus calamitosum; sed cunctis hominibus quot sunt, quot erunt, quotque adhuc fuerunt exitiosum: Paucis vero de hoc statu in praesenti dicemus, quia exacta illius discussio spectat ad materiam de peccato originali, de quo ejusque effectibus fule in Tractatu de peccatis disp. 7. differemus.

ARTICULUS I.

Quodnam fuerit primum Actus peccatum a quo vitiatum & corrupta fuit hominis natura?

1. Sicut in 2. dist. art. 7. q. 2. censet primum Actus peccatum fuisse inordinatum uxoris amorem, non quidem concupiscentiam carnalis, quae nondum excitata fuerit in membris ejus, sed amicitiam benevolentiae conjugalis: eam enim stampo amore diligebat, quod esset propter eximia corporis & animi ornamenta, summe amabilem; quod unica esset mulier in toto terrarum orbe; quod sua esset uxor, ex qua prolem suscitatur, totumque genus hominum propagaturus esset; quod sibi a Deo in sociam esset data, denique quod sua esset ex carne, ossibusque formata. Itaque nec delicias suas Adam contristaret, parvipendit praecipuum Dei, & de fructu ligni vetiti, quem ipsi Eva obulerat, comedit. Cui sententiae favere videtur August. lib. 14. c. 11. de civit. ubi ait: „Credendum est, illum virum suae feminae, uni unum, hominem homini, conjugem conjugum, ad Dei legem transgrediendam, non tantquam vero loquentem credidisse seductum, sed sociali necessitudine parvum.“ Et lib. 11. de Genes. ad lit. c. 4. „Noluit (inquit) Adam Evam contristare, quam crederet posse sine suo solatio contabescere, si ab ejus alienaretur animo, & omnino illa interire discideret: non quidem carnis vitium concupiscentiam, quam nondum in membris suis senserat, sed animam quaedam benevolentiam, quae plerumque fit ut offendatur Deus, ut homo ex amico fiat inimicus.“ Nihilominus

2. Dico primo, primum Adami peccatum fuisse superbiam. Haec asserit aperte ex Scriptura colligitur: dicitur enim Eccl. 10. *Initium omnis peccati superbia.* Et Tobia 4. *In ipsa (scilicet superbia) initium sumptis omnis peccati.* Quae verba de primo Adami peccato, a quo omnis nostra perditio & peccatum originem trahit, intelligunt D. Augustinus 14. de civit. c. 12. D. Thomas 2. 2. q. 163. art. 1. & D. Gregorius lib. 34. Moral. cap. 17. ubi haec verba Job: *Ipse est rex super omnes filios superbiae,* explanans, sic ait: „ut Leviticam iste, id est diabolus, in cunctis quae superbia dicta sunt, caeteris, sola se superbia percudit. Neque enim per tot illos vitorum ramos creverit, nisi per hanc prius in radice putruisset; scriptum est enim: *Initium omnis peccati superbia:* per hanc enim ipse succubuit, per hanc se sequentem hominem stravit: eo etenim reio salutem non immortalitatis impetit, quod vitam suae beatitudinis extinxit.“

3. Eandem veritatem recte declarat Angelicus Doctor loco citato, ex ordine tentationis, quae Diabolus primis parentibus invasit: nam ut habetur Genes. 3. primum motum quod illis proposuit ad comedendum de ligno vetito, fuit inordinata sui excellentia, nempe, *Evitis scitis Dei,* &c. quae est proprium obiectum superbiae; sciebat enim callidissimus hostis, nihil esse efficacius ad illorum appetitum excitandum obijci posse, ac talem excellentiam: adeoque recte deducitur, primos parentes hoc motivo fuisse primo elatos, & inde ad comedendum de ligno vetito processisse, per quam conditionem ipse diabolus tenens excellentiam, assequendam promiserat. Idque perspicue declarat Deus, cum ironice dixit Adamo: *Eccae Adam quasi unus ex nobis factus est, scilicet bonum & malum: haud dubie ipsum arguens expetite ab eo affectuatae divinae similitudinis.* Unde Augustinus in explic. Psalm. 68. tractans illa verba, quae non rapui, tunc excubebam; ait, *primos parentes rapere voluisse divinitatem, & perdidisse felicitatem.* Item docet Bernardus serm. 1. de Adventu, his verbis: „Audistis, fratres, quid haec nocte lectum est in Elesia, dicente Domino, Principes tui invidioses, vel ut alia translatio habet, inobedientes, socii furum: revera enim Principes nostri, Adam & Eva, principia nostrae propagnis, inobedientes & socii furum, qui quod sibi Dei est, ferpentis, immo diaboli serpente consilio subripere tentant.“

Quod non ita accipiendum est, quasi voluerint mutare naturam suam, Tom. II.

turam, & ex hominibus Dei per essentiam fieri (alias in errorem & infidelitatem, priusquam in elationem & superbiam lapsi essent) sed quod optaverint fieri Dei per imitationem & similitudinem: idque duobus modis, ut docet D. Thom. loc. cit. art. 2. Primo quod ad scientiam boni & mali, ut scilicet per virtutem propriae naturae determinarent sibi quid esset bonum, & quid esset malum ad agendum; vel etiam ut per seipsos praecognoscerent quid sibi boni vel mali esset venturum. Secundo, quantum ad potestatem operandi, ut scilicet virtute propriae naturae operarentur ad beatitudinem consequendam. Unde Augustinus lib. 11. de Genes. ad lit. cap. 30. dicit quod *mentis mulieris intravit amor propriae potestatis, & quodam de se superbia praesumptio.* Et in Enchir. cap. 45. ait, quod per superbiam homo in sua potestate esse quam Dei potestate dilexit.

Non deest etiam efficax ratio ad veritatem nostrae conclusionis suadendam. Ut enim disputatione praecedenti declaravimus, in statu innocentiae omnia in homine fuere perfecte coordinata, ita ut unumquodque firmiter sub suo superiori contineretur, nempe corpus sub anima, appetitus sensitivus sub ratione, & ratio inferior sub ratione superiori, quamdiu ista sub Dei amore conservaretur; huiusmodi enim subiectio, & firmus ordo erat proprius effectus originalis justitiae, ex eoque fiebat ut appetitus sensitivus in nullum obiectum propenderet, nisi ex imperio rationis, nec similiter ratio inferior in aliquid tenderet, nisi iussa a superiori; atque adeo in tali statu omnes animi motus, sive prosecutionis, sive fuga, ab ipsa ratione superiori inchoari debebant; unde primum Adami peccatum debuit habere pro obiecto tale bonum, ad quod talis ratio secundum se afficeretur: At ratio secundum se non afficitur ad bona sensibilia (hoc enim munus est appetitus sensitivi, vel ejusdem rationis, ut a tali appetitu sollicitate, & ad ipsum depressa) sed solum afficitur ad spiritualia, in quibus excellentia rationalis naturae consistit: Ergo Adami peccatum fuit circa aliquod obiectum spirituale, sicutque revera inordinatus appetitus excellentiae in scientia, sua similitudinis Dei, subindeque actus superbiae, quae est amor inordinatus propriae excellentiae, illamque respicit ut proprium obiectum. Unde

Ad Augustini testimonia per sententiam Scoti adducta, dicendum est, S. Doctorem his locis velle quidem amorem inordinatum erga uxorem fuisse priorem in Adamo, quam esset aperta ejus superbia occulta: Nam lib. 14. de civit. cap. 13. contrarium his verbis docet: *Spiritus est autem iste defectus: quoniam si voluntas in amore superiori immutabilis boni, a quo illustrabatur ut videret, & accendebatur ut amaret, stabilis permaneret, non inale ad sibi placendum moveretur, nec ex hoc contabesceret & frigesceret; ut vel illa verum crederet dixisse serpenti, vel illo Dei mandato, uxoris praeponebat voluntatem.*

Dico secundo, Adami peccatum, ultra superbiam deformitatem, habuisse duplicem aliam malitiae speciem, videlicet inobedientiam & gale. Ita docet D. Gregor. homil. 10. in Evangel. ubi numerans deformitates & peccata, per quae a regione Paradisi discessimus, sic ait: *A regione etenim nostra, superbando, inobediendo, cibum vetitum gustando, discessimus.* Favet etiam D. Thom. 1. 2. q. 83. art. 2. ad 1. ubi reddens rationem, cur peccatum originale, cum sit unum, aliquando in Scriptura pluraliter dicatur, ait illud vocari iniquitates & peccata in plurali, quia in peccato primi parentis, quod per originem traducitur, fuerunt plures deformitates, scilicet superbia, inobedientia, gula, &c. Idem habet q. 4. de malo art. 8. ad 1.

Colligitur etiam ex Scriptura, quae asserit Adamum peccasse non solum peccato superbiae, sed etiam gulae & inobedientiae. Nam Genes. 3. dicitur: *Quia audisti vocem uxoris tuae, & comediti de ligno, ex quo praeceperam tibi non comedere, maledicta terra in opere tuo, &c.* Et ad Roman. 5. *Per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi,* quod licet de inobedientia generaliter accepta, quae in transgressionem cujuslibet peccati includitur, explicari possit, convenientius tamen de inobedientia propria & speciali intelligitur, quia sic accipiuntur verba Scripturae in sensu omnino proprio, & nulla ratio nos cogit ab eo sensu recedere: unde ita hunc locum intellexit S. Thomas 1. 2. q. 163. art. 1. ad 1. licet alibi de inobedientia minus proprie & generaliter accepta ipsum exposuerit.

Ratio etiam suffragatur: Adamus enim in primis proprio appetit, deinde voluit id quod sibi proponebatur ut medium ad talem excellentiam habendam, nimirum non subijci divino pracepto de non comedendo de ligno vetito, & tandem tale praecipuum de facto violavit; & de fructu prohibito comedit. Ratione primi, ille actus fuit actus superbiae, cuius obiectum est propria excellentia sine debita mensura; ratione secundum, fuit ibi malitia specialis inobedientiae: haec enim consistit in contemptu & violatione divini praeccepti, ut expresse voluit: ratione tertium, idem actus constitutus est in specie gulae: quia cum praecipuum esset de non comedendo, quilibet affectus

X

tale

tale præceptum violandi, fuit inordinatus appetitus cibi, in quo gula confistit.

9 An vero præter tres illas deformitates & malitias species, reperitur etiam infidelitatis malitia in Adami peccato, disputant Theologi, alii partem affirmativam, alii negativam tenentibus. Probabilis existimo, Adami non perdidisse fidem, nec in errorem aut infidelitatem lapsum esse: tum quia ita salvabitur, nunquam fidem defecisse in Ecclesia, ex quo cepit in Adam, quod non verificabitur, si in illo defecisse dicatur: tum etiam, quia cum Deus decrevisset illum a peccato educere, & ad se per gratiam revocare, valde expediebat remanere in eo habitus fidei & spei, ut sic facilius ad penitentiam excitaretur, & ad implorandam divinam misericordiam, salutem sperandam, induceretur; quod esset ei multo difficilius, & per principia intrinseca prorsus impossibile, si extincto penitus fidei lumine, omnino in tenebris remansisset.

10 Nec obstat quod plures ex SS. PP. quos refert Bellarminus lib. 3. de amissione gratiæ cap. 4. afferant Adami perdidisse fidem, aut in errorem esse lapsam: nam vel per fidem intelligunt fidelitatem, seu gratitudinem erga Deum, quæ est virtus moralis: vel si loquantur de fide, quæ est virtus theologica, solum intendunt, Adami per peccatum amississe fidem, ut erat viva & formata, sub hac enim ratione semper cum caritate amittitur. Quando vero dicunt ipsam in errorem fuisse lapsam, loquuntur de errore præctico, in quem incidit quicumque mortaliter peccat, ut in Tractatu de peccatis ostendimus disp. 7. art. 2. non autem de speculativo, qui ad hæresim vel infidelitatem pertinet: seu, quod idem est, loquuntur de errore in particulari eligibili: non vero de errore circa eligibile in universali. Unde S. Thom. exponens verba illa Apostoli 1. ad Tim. 2. lect. 3. *Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit*, sic ait: *Seductio est duplex, scilicet in particulari eligibili, mulier autem seducta fuit ignorantia electionis: quicumque ergo peccat, seducitur ignorantia electionis in particulari eligibili: mulier autem seducta fuit ignorantia universalis, quando credidit quod serpens dixit: sed vir non credidit hoc, sed deceptus fuit in particulari, scilicet quod gerendum esset mos uxori, & cum ea comedere deberet, &c.*

11 Ex dictis facile haberi potest decisio illius questionis, quam aliqui hic movere solent, an scilicet peccatum Adæ fuerit omnium gravissimum? Dicendum enim est cum Sancto Thoma 2. 2. quæst. 163. art. 3. quod si spectetur species peccati, non fuit omnium gravissimum: gravius enim fuisset, si peccasset per blasphemiam, per infidelitatem, per contemptum, aut odium Dei. Si vero attendatur circumstantia, gravissimum fuit: in primis enim valde aggravatur ex circumstantia personæ, quæ gratia, sapientia, virtutibus, pluribusque aliis donis & privilegiis præcellerat: *Quid enim* (inquit Bernardus Serm. 1. de Annuntiatione) *hinc deorati, quem misericordia custodiebat, decet veritate, regere iustitia, pax fovebat? qui erat Paradisi aeterna, terre dominus, celi civis, domesticus Domini Sabaoth, frater beatorum spirituum, & celestium coheres virtutum? Nullam habebat ad malum proclivitatem, sed e contra acerrimam ad bonum propensionem, ita ut summa facilitate quantalibet tentationem propulsare, omneque peccatum vitare, nullo labore posset: unde tanto fuit major ejus in peccando iniquitas, quanto major erat in eo non peccandi facilitas, ut perbellie ait Augustinus lib. 14. de civit. cap. 15. Deinde locus Paradisi, quem Adamus sceleris suo dehonestavit ac dedecoravit, detestabilis fuisse ejus peccatum ostendit: siquidem eo loci nulla erat peccandi occasio, nullumque male agendi incitamentum, quinimmo plurima & acerrima ad laudandum, colendum, & amandum Deum, ejusque iustis obtemperandum, incitamenta. Denique gravissimum fuit illud peccatum, si pensamus damna ex eo secuta, id est iacturam tot tantorumque honorum, nunquam deinceps recuperandorum, & tot tantorumque malorum quæ peperit necessitatem. Neque tale damnum in solum Adamum redundavit, sed suo casu & ruina omnes suos posteris, quotquot deinceps fuerint, futuri sunt, in peccati & mortis exitum pertraxit. Unde Bernardus, homil. 2. super Missus est, alloquens Adamum & Evam, sic ait: *Sicut omnium parentes, ita omnium fuisse parentes, & quod infelicis est, prius peremptores quam parentes.**

12 Quæres, qualis fuerit serpens, qui tentavit Evam in paradiso terrestri, eamque ad peccandum, & delinquo vitio comendandum, induxit?

Respondet illum fuisse verum serpentem a Demone assumptum, per quem tamquam per organum suum formavit humanus voxes. Ita enim docet August. lib. 11. de civit. cap. 27. ubi de demone dicit: *In serpente locutus est, utens eo velut organo, movensque ejus naturam, eo modo quo illo movere, & moveri illa potuit ad exprimendos verborum sonos.* Colligitur etiam ex verbis illis Scripturæ Genes. 3. *Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terre, quæ fecerunt*

Dominus. Hac enim comparatio inepta foret, nisi de vero serpente fermo esset, ejusdemque generis cum ceteris animalibus terrestribus. Nam inter Demoneum & bruta animalia non fieret apta comparatio. Unde non est audiendus Cajetanus, dum in Commentariis super Genesim docet, vocabulo serpentis, nec verum serpentem, nec ejus simulacrum & spectram intelligi debere, sed solum Demoneum, qui quod callidissimus sit, & hominibus nocendi cupidissimus, metaphoricè serpens in Scriptura crebro appellatur. Nec illam tentationem & sermonem Demonis cum Eva, externum & sensibilem fuisse putat, sed interno tantum fuisse, suggestuque præctico. Hæc, inquam, sententia seu interpretatio abiciens est, quia totam historiam Mosaicam fulem pervertit, faciens eam figuratam & metaphoricam: quam ob causam in sexta Synodo generali damnatus est Origenes. Et sane, si quæ scribit Moyses de serpente, non historice, sed figurate & allegorice intelligenda sunt, cur non similiter quæ scripsit de Paradiso terrestri, de arbore scientiæ boni & mali, de quantum luminibus, de formatione Adam ex limo terre, & Evæ ex costa Adami, non poterunt figuris & allegoriis subverti? Unde sicut Epiphanius in Originem, & alios qui Paradisum terrestrem, in sensu figurati & allegorico interpretantur, sic invehitur in Anchorato: *Si non est Paradisus sensibilis, non est sensus, non fides, nec solus, non comedit Eva, &c. sed veritas fabula est.* Ita in præfati contra Cajetanum licet arguere: Si serpens ille qui Evam decepit, non fuit verus serpens a Demone assumptus, sed solus Demon, qui metaphoricè serpens dicitur, &c. Ergo nec fuit Paradisus sensibilis, nec fons, nec ficus, nec folia, non comedit Eva, &c. sed veritas fabula est. Neque obest quod alibi in Scriptura Demon vocetur serpens & draco, citra assumptionem serpentis & draconis, ut opponit Cajetanus: alia est enim ratio simplicis narrationis historice, alia visionis imaginariæ, vel narrationis prophetice, quales sunt illæ Apoc. 12. & Ilaiæ 27. quæ a Cajetano adducuntur. Præterquam quod in Scriptura sapius Demon vocatur serpens, respective ad tentationem primorum parentum in corpore serpentis assumpto, unde serpentis nomen in posterum retinuit.

Fundamento etiam caret quod ait Rupertus lib. 3. in Genesim cap. 2. serpentem nullum in Paradiso fuisse, neque in loco illo voluptatis, felicitatis, & innocentie esse debuisse, quia contra pulcritudinem & decantiam seu munditiam illius loci hoc futurum fuisse existimat: sed Evam corpore & oculis vagam, dum inconscienter per Paradisum deambularet, prospicere qualis extra Paradisum mundus haberetur, prospicere qualis extra Paradisum mundus haberetur, siquæ occasione præbuit serpentis extra Paradisum existentis, ut sermone cum ea misceret, eamque teneret, ac deciperet. Caret, inquam, fundamento hæc sententia; nam Scriptura Gen. 2. vers. 19. testatur, Deum cuncta animalia de homo producta, & universa volatilia, ad Adamum in Paradiso existentem adduxisse, illamque omnibus nomina sua imposuisse: Ergo & serpentem. Item ex Genes. 3. constat arborem illam cuius fructus a Deo prohibitus est, in medio Paradisi fuisse. Tentatio autem non longe ab eadem arbore facta est: nam in progressu tentationis vidit mulier lignum, quod esset bonum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile Gen. 3. At Paradisus quamplurimorum hominum habitationi destinatus, non erat tam angustus, ut e medio serpens extra fines illius existentis posset ab Eva conspici vel audiri; ut patet ex his quæ de Paradiso terrestri magnitudine supra dicta sunt disp. 2. art. 3.

Quæres secundo, cur Eva non coheruit ut oblituit 14 ad serpentis aspectum & loquelam?

Respondet, Evam ad conspectum serpentis non coheruisse, quia sciebat id genus animalia nocere sibi non posse in statu innocentie, immo perfecte sibi subiecta esse. Addit Pererius lib. 6. in Genes. disp. 4. q. 2. serpentem illum formosum & gratum aspectu fuisse, qualis est serpens qui appellatur Scytale, qui tanta præfulget pellis varietate, nitore, ac venustate, ut admiratione sui aspicientes detineat, ut refert Solinus, cap. 39. his verbis: *Scytale tanta præfulget torge varietate, ut naturam gratia videntes retinet, & quoniam reptando piger est, quæ assueti non nitent, mirantulo sui capite suspentes.*

Difficilius potest reddi ratio, cur Eva non oblituit 15 audire serpentem illum secum loquentem & disputantem? Non videtur probabile quod aliqui dicunt, propterea non oblituisse Evam, quia ignorat facultatem loquendi nulli animali naturaliter esse datam: absurdum enim videtur, Evam in Paradiso, & in perfecto illo statu innocentie, ignorasse quod in statu nature corrupte cuilibet mulierculæ notum & perceptum est. Præterquam quod putare serpentem loqui posse, insignis est mentis error & deceptio: in statu vero innocentie, nullus potuit esse error vel deceptio, ut supra disput. 1. art. 4. ostensum est: Non ergo existimandum est, Evam ante peccatum, in tanto fuisse errore, ut existimavit, serpentem & alia bruta animalia habuisse facultatem loquendi, sicut homines.

Nec

Nec dici potest cum Fererio, in Eva non fuisse falsam illam existimationem, seu positivam deceptionem, sed tantum puram nescientiam: nam præterquam quod, ut paulo ante dicebamus, incredibile videtur Evam in statu innocentie ignorasse quod in statu nature corrupte cuilibet mulierculæ perceptum est, videtur impossibile in illa actione separare deceptionem a nescientia, quia Eva audivit serpentem loquentem, & illi respondit tamquam personæ intelligentie capaci: Ergo necessario putare debuit, illum quem audivit, & ad quem loquebatur, intelligentem esse: Ergo figitabat, illud solum esse animal quod loquebatur, non habuit tantam nescientiam, sed etiam iudicium erroneum circa naturam & proprietatem, seu capacitatem animalium.

16 Melius ergo respondetur, Evam non putasse solum esse serpentem, qui loqueretur secum: sed existimasse per serpentem, aliquem spiritum angelicum loqui: ideo autem non oblituisse, quia sciebat esse Angelos & Spiritus incorporeos, quorum aliqui per serpentem sibi loqui poterat. Ex illa tamen forma, non bonum esse spiritum suspicari facile poterat, sed an bonus vel malus esset non didicavit, toto animo & aviditate tam magnificis ejus promissis intentis. Atque hæc sententiam indicasse videtur D. Thom. infra q. 94. art. 4. ad 2. Nam cum secundo loco hæc ex verbis Augustini posuisset objectionem, propterea Evam, auctore Magistro sententiarum, non horruit per serpentem secum loquentem, quia officium loquendi accepisset eum a Deo putasse: solvens ipse postea eam objectionem, sic ait: *Ad secundum dicendum est, quod mulier putavit serpentem accepisse loquendi officium, non per naturam, sed aliquo supernaturali operatione, quoniam non sic necessarium, auctoritatem Magistri sententiarum sequi in hac parte.*

17 Si vero quis querat cur diabolus serpentis formam potius quam aliam quamplurimam assumpserit? Respondet Magister sententiarum lib. 2. dist. 21. *Ne frans dæmonis nimis esset manifesta, in sua specie ille non venit, ne aperte cognoscatur, statim repellatur. De nimis oculis ejus fraus non facile cavere posset, non in alia forma venire permittitur est, quam serpentis, qui nimirum ejus degenere malitiam admodum congruebat, ut per illud quod forte erat, astutiam tentantis, facile posset feminam animadvertere. Voluit quidem deus in specie colubæ venire; hoc nempe, ut animal innocuum & simplex, ad mulierem decipiendam congruentissimum diabolo fuisset instrumentum: sed non erat consensuum & conveniens, ut per immundum & malignum spiritum redderetur homini colubæ invisibilis & exsita, in cuius postea specie Spiritus Sanctus hominibus erat appariturus.*

18 Adde, serpentem congruens astutia & malitia Damonis ad decipiendum hominem fuisse instrumentum: serpens enim occulte, callide, atque insidiosè hominem mordet, & mortis quidem lethali: idque facit non meta, non aliquo incommodo aut commodo suo ductus, sed naturali odio hominis, & propensionis ad eum necandum nature instinctu. Quod significat Scriptura, Genes. 39. *Erat enim Patriarcha vaticinatus de tribu Dan dixit: Etiam dicitur in vita, Coraseth in semita, morsus unguis equi, ut cadat esentis ejus retro, Salomon quoque cap. 10. libri Ecclesiast. Si mordet, inquit, serpens in silentio: nihil eo minus habet qui occidit hominibus.*

ARTICULUS II.

Quas privationes & defectus, aut vulnera, Adæ peccatum in naturam humanam induxit?

19 Dico primo, naturam humanam, per Adæ peccatum iustitia originali, gratia sanctificante, fide, spe, caritate, aliisque virtutibus & donis supernaturalibus fuisse spoliatam.

Probatur breviter: Certum est de fide, Adamum per peccatum amississe gratiam sanctificantem, subindeque virtutes & dona, quæ eam inseparabiliter comitantur: nam in Concilio Arausiano can. 2. & Trident. sess. 5. can. 1. decernitur anathema his qui dixerint primum hominem per peccatum non amississe sanctitatem & iustitiam, in qua conditus fuerat. Et Irenæus 3. contra hæreses cap. 37. ait quod sanctitatis solum quam primus parens accepit, amissit per inobedientiam: Chrylologus etiam qu. 16. in Genes. dicit quod primus homo fuit Angelus terrestris in paradiso, gratia indutus, quæ spoliavit eum diabolus: Sed Adam non solum pro se, sed etiam pro omnibus suis posteris; gratiam & alia dona supernaturalia amissit; cum enim esset caput totius humani generis, prædicta dona a Deo accepta, cum hoc pacto & conditione, quod si non peccaret, ea cum natura transfunderet in posteris; si vero peccaret, & de fructu vitæ comederet, illis non solum pro se, sed etiam pro omnibus suis posteris amitteret: Ergo natura humana per Adæ peccatum, gratia sanctificante, fide, spe, & caritate, aliisque virtutibus & donis supernaturalibus fuit privata.

20 Dicit, fidem & spem mansisse in Adamo post peccatum, ut ait. præcedenti diximus: Ergo per illud natura humana

non contraxit istarum virtutum privationem. Patet Consequentiæ: nam humana natura eisdem & non aliis perfectionibus spoliata est quas Adamus pro se & pro omnibus amissit.

Respondet illas virtutes mansisse in Adamo, ut perfectiones personales ipsius, non autem ut nature dona transfundenda in posteros cum ipsa natura: unde licet Adamus ob specialem indulgentiam ipsi ut persona particulari factam, eas non amiserit pro se, amissit tamen pro nobis, & ideo per Adæ peccatum contraximus debitum illis credendi seu nascendi cum privatione illarum. Et in hoc sensu intelligendus S. Prosper dum resp. 1. ad excerpta Genesim probat contra Semipelagianos fidem in posteris Adæ perisse, nec nisi ex dono Dei, & per gratiam Christi, posse recuperari; quia Adam perdidit fidem, & quicquid ille perdidit, posterius ejus in ipso perdidit: *Quomodo enim* (inquit) *fides in Adam perdit, in quocumque posterius ejus inveniretur, nisi eam Spiritus Sanctus, qui omnia in omnibus operatur, infunderet?* His enim verbis fides declarare intendit, quod Adam peccando amissit fidem pro nobis, & contraxit tunc debitum credendi illa, non quidem in propria persona, cum infidelitatis peccatum non commiserit, sed in omnibus suis posteris.

Ad majorem hujus assertionis intelligentiam, advertendum est, quod licet peccatum primi parentis, omnes ejusque posteris gratia sanctificante, iustitia originali, & aliis donis supernaturalibus spoliaverit, non tamen eos privavit externo statu gratiæ, hoc est extrinseca in beatitudine supernaturali ordinatione, ac mediorum ad eam obtinendam sufficientium preparatione: unde adhuc in natura lapsa retinet homo elevationem seu destinationem Dei ad finem & ordinem supernaturalem, quæ non esset in statu nature puræ; sed hæc, usquequodam natura per gratiam sanatur, seu reparatur, non ponit in ea aliquod intrinsecum.

Dico secundo, naturam humanam per Adæ peccatum 22 dono integritatis fuisse privatam.

Patet hæc assertio ex dictis in precedentibus. Adamus enim non solum gratiam sanctificantem & iustitiam originalem, sed etiam donum integritatis cum tali pacto a Deo accepto, ut si non peccaret, illud transfunderet in posteros: si vero De præceptum de non comendo de ligno vitæ transgrediretur, non pro se tantum, sed etiam pro omnibus suis posteris, illud amitteret.

Adde quod cum homo repugnans divino præcepto, suam 23 voluntatem disordinaverit, & a recto in Deum ut ultimum finem ordine distraherit, æquum fuit ut in penam hujus inobediencie ac deordinationis, recluso ordo potentiarum hominis perverteretur, adeoque corpus spiritui, & pars inferiori superiori reluctaretur. Unde August. 13. de civit. cap. 13. *Postquam præcepti facta est transgressio, contra selem gratiæ deferente divina, primi parentes de corpore suorum nuditate constiti sunt: senserant enim motum inobediencie carnis suæ, tanquam reciprocam penam inobediencie suæ. Jam quippe anima libertate in perversum propria delectata, & Deo designata servitute, pristino corporis servitio restituebatur. Et quia viderentur domum suam arbitrio deseruerunt, inferiorem famulum ad suum arbitrium non tenebant, nec omnino habebat subditam carnem, sicut servus habere potuisset, si Deo subiecta ipsa mansisset.* Et lib. 14. c. 17. tractata verba illa Genes. *Aperi sunt oculi eorum, cumque cognovissent se esse nudos, hæc scribit: Patet oculi eorum, sed adhuc non erant aperti, hoc est non attenti, ut cognoscerent quid eis indumento gratiæ præstaretur, quando membra eorum voluntati repugnare nesciebant: Quia gratia remota, ut poena reciproca inobediencie præstaretur, extitit in motu corporis quadam impudens novitas, unde esset indecens nuditas, & fecit attentos, reddiditque confusos. Aperi sunt, inquit, oculi amborum, non ad videndum, nam & antea videbant, sed ad discernendum inter bonum quod amiserant, & malum in quod ceciderant.*

Simili discursu utitur S. Thomas opus. 2. c. 192. ubi sic 24 ait: *Quia tam ordinata integritas tota causabatur ex subiectione humane voluntatis ad Deum, consequens fuit, ut subducta humana voluntate a subiectione divina, deperiret illa perfecta subiectione inferiorum virtutum ad rationem, & corporis ad animam: unde consecutus est, ut homo sentiret in inferiori appetitu sensibilibus, concupiscentiæ, & iræ, & ceterarum passionum inordinatos motus, non secundum ordinem rationis, sed magis ei repugnantes, & eam pleurumque obnuantibus, & quasi perturbantes: & hæc est repugnantia carnis ad spiritum.*

Dices: Eva per inobedientiam lapsa, non fuit continuo 25 privata dono integritatis: Ergo neque nos eo privamur in penam inobediencie primi parentis. Consequens patet ex paritate rationis. Antecedens vero ex eo fauatur, quod toto tempore inter Evam & Adam peccatum interlapso, illa nec inordinatos concupiscentiæ motus, nec agentium contrariarum alterationes sensit, alioquin suam culpam agnovisset, neque ad elum pomi vitæ Adamum induxisset.

Propter hoc argumentum, Abulensis, Cajetanus, & Catharinus, censuerunt per delicta personalia, quale fuit peccatum

peccatum Eve, fuisse quidem exclusam gratiam sanctificantiem, cum donis eam consequentibus, non verodonum integritatis, sed contra hanc solutionem & doctrinam militat discursus 1b. Thomæ jam relatus: cum enim gratia sanctificans aliorum donorum, quibus homo in statu innocentie gaudebat, basis & origo existeret, & integritas naturæ causeretur ex subiectione humane mentis ad Deum, ista per peccatum destructa, illa nullatenus stare potuit. Unde melius responderetur negando Antecedens. Ad cujus probationem in primis dici potest, probabile esse quod Eva, priusquam Adamum suæ criminis socium haberet, quosdam inordinatos appetitus interioris motus passæ & experta sit, quorum tamen causam non investigavit, nec ullum ex illis ruborem concepit, quia suam omnem cogitationem ad poni elum marito suscipiendum convertit: unde licet comestio pomo, scientiam boni & mali, quam serpens ei promiserat, accepta non sit, tamen ad hoc non advertit. Deinde dico, quod licet Eva, istum post peccatum, integritatis dono privata fuerit, non tamen oportuit ut statim sentiret inordinatos motus naturæ lapsæ; non enim homo semper illos sentit aut experitur, quia vel non semper eorum occasione sese offerunt, vel his attendere non vacat.

27 Dico tertio: Primi parentes post inobedientiam, & omnes eorum posteritatem, donum immortalitatis & impassibilitatis, quo natura humana in statu innocentie gaudebat, privati sunt, & variis miseris ac ærumnis, mortisque facti obnoxii.

Patet ex Scriptura, Deus enim dixit Adæ, Genes. 3. Quia audivisti vocem uxoris tuæ, & comestisti de ligno, ex quo præcepimus tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedet crustam ditionis tuæ, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, docet reverentis in terram de qua sumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Que verba expendens Augustinus lib. 13. de civit. cap. 15. ait: Inter Christianos qui vocantur catholicam fidem tenent, consuetudo, etiam ipsam corporis mortem non contempsisse nobis lege naturæ, sed merito iustitiam esse lege peccati; quia peccatum vindictam, quæ dicitur primo homini, in quo bene omnes evanescunt: terra est, & in terram ibis. Hinc Hieronymus in libro Erymæ. notat quod mors a mordendo dicitur, quia cum primus parens fractum vitæ mordidit, per mortuum mortem incurrit. Observat etiam Origenes homil. 6. in Leviticam, Deum Adæ & uxori ejus, post transgressionem, tunicas pelliceas fecisse, idoneas scilicet vestiendis peccatoribus, ut que mortalitatis, cui propter peccatum fuerat homo subiectus, & fragilitatis que ex carnis corruptela oritur iudices ac testes essent.

28 Dico quarto: Homo per peccatum originale non solum donis illis privatus, quibus in statu innocentie erat ornatus, spoliatus est, sed etiam in potentiis naturalibus volutus.

Colligitur ex Scriptura & SS. Patribus: dicitur enim Isaia 9. Omne corpus languidum, & omne cor marces, a planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas, vulnus, & livor, & plaga numerus. Et Psalm. 40. Sana animam meam, quia peccavi tibi. Ubi Augustinus: Quis sanatur inquit? si nihil est vulneratum, nihil sanatum, nihil debilitatum, atque vitiatum? Item Bernardus in eundem sensum præclare ait: Cecidimus omnes in Adamo simul in istum, & super æverum lapidum: unde & conquinati sumus originali culpa, sed & coliti, & confracti, & in omnibus viribus graviter vulnerati.

29 Ad id etiam alludit Christus Luca 10. in parabola hominis descendens ab Ierusalem in Jerico, de quo ait incidisse in latrones, qui expoliaverunt eum, & plagis impositis abierunt, semivivo relicto. Nam SS. Patres hanc parabolam exponentes, observant quod in ea describuntur sex mala, in que homo per peccatum originale incidit. In primis enim illud hominem a Paradiso expulit: unde dicitur: homo quidam, scilicet Adam, vel genus humanum, descendebat, nimirum per culpam, vel qui ascendebat per superbiam, descendebat per penam & miseriam: ab Ierusalem, que interpretatur visio pacis, nam antequam peccaret, erat in visione pacis, hoc est in Paradiso terrestri, ubi quicquid videbat, erat pax & lætitia, ut ait Augustinus. Descendebat ergo a visione triplicis pacis, scilicet a Deo per obedientiam, a seipso per innocentiam, a toto mundo per prædominationem. Unde Gregorius 4. Dialog. cap. 1. Postquam, inquit, de Paradiso gaudis, culpa exigente, expulsus est primus humani generis parens, in huius exierat usque exiliis, quam patimur, venit erumnam: quia peccando extra semetipsum factus, iam illa celestis patriæ gaudia, quæ prius contemplantur, videre non potuit. In Paradiso quippe assueverat homo verbis Dei perfrui, & Beatorem Angelorum spiritibus, cordis mandata & celsitudinis visionis interesse. Sed postquam huc cecidit, ab illo quo implebatur mentis lumine recedit.

Secundo, peccatum originale non solum expulit hominem a Paradiso, sed etiam illum in miseris & defectibus huius mortalitatis detruit: unde dicitur, quod descendit ab Ierusalem in Jerico: nam Jerico luna interpretatur, & defectus

etiam nostre mortalitatis significat: quia sicut singulis mensibus luna decrevit deficit, ita & vita nostre mortalitatis singulis momentis deficiens, quotidie evanescit.

Tertio, peccatum subiecit hominem diabolice potestati, quod significatur per verba sequentia: Et incidit in latrones: ut enim dicit Ambrosius hanc parabolam exponens: Qui sunt isti latrones, nisi Angeli mortis & tenebrarum, in quos homo non incidisset, nisi eis, mandati celestis devius, se fecisset obnoxium?

Quarto, idem peccatum hominem spoliavit donis gratiis, quare additur, qui spoliaverunt eum, indumentis scilicet gratiæ, integritatis, & iustitiæ originalis, ut explicat idem Ambrosius. Unde Gen. 3. dicitur quod Adam & Eva post peccatum cognoverunt se esse nudos; & Chrysostomus q. 16. in Genes. ait: Primus homo fuit Angelus terrestribus in Paradiso, gratia induens, qua spoliavit eum diabolus. Demum Laurentius Justinianus Scem. de S. Joanne Evangelista, ait quod Adam unius peccati consensu, immensus animus & corporis spirituales amittit divitias: innocentia quippe candorem, immortalitatis scilicet, carnis incorruptibilitatem, animæ puritatem, contemplationis dulcedinem, spiritus libertatem, regnum colorum, Angelorum consubstantium, amicitiam Dei perdidit.

Quinto, peccatum vulneravit hominem in naturalibus, quare additur: Et plagis impositis abierunt: Peccata enim inquit Beda) dicuntur plagæ, quia his natura humana in regreus violatur.

Denique idem homo dicitur semivivus relictus, vel quia anima immortalis est, corpus vero mortale, ita ut medicis hominis morti succumbat: vel quia, ut alii interpretantur, libertas arbitrii per peccatum originale immutata quidem est, sed non totaliter extincta.

Potest etiam suaderi conclusio ratione quam habet D. Thom. q. 85. art. 3. Sicut in corpore humano vulnus dicitur, quando inter partes continuas & unitas fit aliqua ruptio vel divisio; ita in anima merito appellatur vulnus ruptio illa vel divisio, que per peccatum in ejus potentia facta fuit, dum ab ordine rationis, cui per iustitiam originale, donaque integritatis, erant perfecte unite, fuerunt divisa & separate per destitutionem prædicti ordinis. Unde cum per peccatum originale quatuor præcipue potentie proprio ordine ad objectum destitute sint; nimirum intellectus, qui destituitur ordine ad verum; voluntas, que destituitur ordine ad bonum honestum & rationi consonum; concupiscibilis, que destituitur ordine ad delectabile moderatum ratione; & irascibilis, que destituitur ordine ad ardua & difficile, ne prompte acciperet ferat in illud: quatuor sunt vulnera homini per tale peccatum inflicta, nempe vulnus ignorantie, que habetur ratio ad cognitionem veri; vulnus malitiæ, que voluntas retardatur a prosecutione boni benefici; vulnus concupiscentiæ, que appetitus concupiscibilis exardescit, & immoderate fertur in bonum delectabile contrarium rationi; & vulnus infirmitatis, quo irascibilis ad prosecutionem boni ardui languet, & torpescit.

Ubi observandum est, illa vulnera non poni in ipsa substantia anime: in qua peccatum originale residet, sed in potentiis, ubi sunt ejus effectus: quia tale peccatum secundum suam essentiam non potest proprie dici vulnus, sed potius infirmitas vel languor naturæ, ut patet ex S. Thoma 1.2. quæst. 82. art. 1. per illud enim totum homo infirmatur & languescit; vulnera autem dicuntur peculiare quidam defectus, qui in aliis partibus consequuntur, velut quedam infirmitates particulares. Sicut enim non appellamus vulnus febrem, qua totum animal laborat, quæque residet in corde, ubi est principium vitæ, sed vocamus illam languorem & infirmitatem; vulnera vero sunt quibus læditur hæc vel illa pars determinata; ita respectu peccati, id quod inficit substantiam anime, ubi est principium supernaturalis vitæ, que pro toto homine supponit, non debuit appellari vulnus, sed languor, vel infirmitas; nomen autem vulneris relinqui debuit illis defectibus, quibus partes ipsius anime, scilicet potentie deordinantur & læduntur.

ARTICULUS III

An homo in statu nature lapsæ, per peccatum originale, factus sit debilius ad bonum, & promptior ad malum, quam fuisset in statu pure nature?

§. I.

Quibusdam præmissis, referuntur sententiæ.

UT status huius celeberrime difficultatis & variis Auctorum placita, claris percipiatur, & facilius distinguantur, aliqua breviter præmittenda sunt.

In primis observandum est, quod cum homo duobus indicat ad recte operandum, nimirum viribus intrinsicis, & providentia Dei extrinseca, concursum ad agendum necessarium præparare & offerre; dupliciter etiam potest

§. II.

Conclusio negativa statuitur.

Dico igitur: Homo in statu nature lapsæ non habens peccatum actuale, sed tantum originale, non est debilius ad bonum morale, quam esset in statu nature pure.

Probatur primo ex D. Thom. qui satis aperte favet nostre sententiæ: nam 1.2. quæst. 85. art. 1. loquens de effectu peccati, qui est privatio originalis iustitiæ, ipsum tribuit peccato originali; cum vero agit de alio effectu, qui est diminutio inclinationem ad bonum ipsum, non tribuit peccato originali, sed dumtaxat actuali. Verba ejus sunt: Bonum natura humana potest tripliciter dici: primo ipsa principis natura, ex quibus ipsa natura constituitur, & proprietates ex his causata, sicut potentia anima, & alia huiusmodi; secundo, inclinatio ad virtutem est quoddam bonum natura; tertio, potest dici bonum natura, donum originalis iustitiæ, quod fuit in primo homine collatum toti humane nature. Primum igitur bonum natura, nec tollitur, nec diminuitur per peccatum; tertium vero bonum naturaliter est ablatum per peccatum primi parentis: sed medium bonum natura, scilicet ipsa naturalis inclinatio ad virtutem, diminuitur per peccatum. Utque insinuet se loqui tantum de peccato actuali, quod vel est actus, vel illum secum affert, addit: Per actus enim humanos fit quædam inclinatio ad similes actus. Et similiter art. 3. eisdem quæstionis, postquam docuit perfectam subordinationem virium inferiorum anime ad rationem, & rationis ad Deum, quæ erat effectus iustitiæ originalis, subtractam fuisse per peccatum primi parentis, & in hac subtractione consistere vulnerationem naturæ nostre, causatam per tale peccatum, subiungit ista: Sed quia inclinatio ad bonum virtutis in quoquoque diminuitur per peccatum actuale, ut ex dictis patet; etiam ipsa sunt quatuor vulnera, ex aliis peccatis consequentia, in quantum scilicet per peccatum & ratio habetur, præcipue in agendis, & voluntas induratur ad bonum, & major difficultas bonis agendis accrescit, & concupiscentia magis exardescit. Quibus verbis manifeste ponit discrimen inter peccatum originale & actuale, quod effectus originalis est tantum destitutio iustitiæ originalis, per quam vires inferiores anime subdebantur rationi, & ratio Deo: at vero effectus peccati actualis est præterea diminutio inclinationis ad bonum rationis, five major difficultas bene agendi. Unde Medina in commentario illius articuli, ait: Hac est vera & divina Theologia, quam docet Divus Thomas, & universi Theologi, quod ab homine in natura lapsæ, per peccatum originale, ablata sunt tantum dona supernaturalia. Quam veritatem S. Doctor quæst. 87. sequenti, artic. 7. clare his verbis exprellit: Pars originalis peccati est, quod natura humana sibi relinquatur, deest autem auxilio originalis iustitiæ: his enim verbis aperte declarat, penam peccati originalis non esse aliam, quam quod homo recidat in suam statum naturalem, & donis supernaturalibus & gratuitis, quibus ornatus erat in statu innocentie, spoliatur: Ergo stando in principiis doctrinæ D. Thomæ, dicendum est, quod licet homo in statu peccati actualis minorem habeat inclinationem, & majorem difficultatem ad bonum morale, quam haberet in statu nature pure, quia per illud ad finem pravum convertitur, & generatur prava dispositio ad similem actum peccaminosum; non tamen homo qui existit in statu solius peccati originalis, cum enim istud consistat in sola privatione iustitiæ originalis, non habet convertere ad finem pravum, nec pravum inducere dispositionem.

Probatur secundo conclusio ratione Cajetani. Ex remota prohibens, non sequitur major aut minor effectus naturalis, quam ex natura ipsa sequatur, ut patet exemplo lapidis sursum detenti; ille enim, remoto prohibente, velocius non movetur, quam si fuisset motus solum a propria gravitate: Sed peccatum originale se habet solum ut removens prohibens in ordine ad motus inordinatos voluntatis, vel appetitus sensitivi: cum enim absterat originalem iustitiam, cuius freno potentia hominis ab inordinatis motibus compesceretur, & a malo prohiberetur, consequenter est causa hoc modo, nimirum sicut removens prohibens, ut ille effrenatus & inordinate in sua objecta feratur, sicut docet D. Thomas supra quæ. 82. art. 1. ad 3. & ad Rom. 5. lect. 3. Ergo ex peccato originali non sequitur aliqua inordinatio, vel debilitas potentiarum, in ordine ad prosecutionem boni, aut vitiationem mali, quæ non fuisset in natura pura.

Confirmatur: Homo per peccatum originale non fuit factus deterioris conditionis quantum ad corpus, quam fuisset in statu pure nature: Ergo neque quantum ad animam & ejus potentias, ac proinde quicquid poterit tunc prestare, potest & modo. Antecedens est certum: corpus enim per peccatum originale non est redditum magis corruptibile, nec magis obnoxium morbis, lassitudini, & aliis huius vitæ incommodis, quam fuisset in statu nature pure, sed fuit solum

potest concipi, quod in statu nature corruptæ debilius sit ad bonum morale, quam fuisset in statu nature pure, scilicet aut ab intrinsicè, si minores sint ejus vires ad tale bonum, quam essent in pure nature: vel ab extrinseco, si minus suavi Dei providentia protegetur, vel acrius a Dæmone tentetur, aut concursus ad operandum bonum morale debitus et denegetur.

33 Secundo, notandum est, tribus modis intelligi posse, naturam humanam per peccatum originale factam esse debiliorem ad bonum morale ordinis naturalis: primo ex eo quod tale peccatum fit aliqua qualitas morbida & prava, inficiens animam & ejus potentias: secundo, ex eo quod inducat & causet in anima pravum aliquem habitum inclinatum ad malum: tertio, ex eo quod ipsa inclinatio ad bonum rationis, per illud diminuta sit. Quod ut magis declaratur.

34 Sciendum est ulterius ex doctrina D. Thomæ 1.2. q. 85. art. 2. in corp. inclinationem hominis ad bonum virtutis intelligi posse dimini duobus modis: nam quia fundatur in natura intellectuali, & tendit ad ipsum bonum honestum, potest intelligi dimini vel ex parte radicis, five per viam remissionis, ita quod gradus aliquos amittat, vel ex parte termini, per oppositionem majoris impedimenti ad bene operandum. His præmissis.

35 Circa oppositam difficultatem variis opinantur Auctores. In primis enim quidam antiqui Theologi, ut Gregorius de Arimino, Henricus, Gabriel, Okam, Richardus, & alii, docent naturam humanam per peccatum originale factam esse debiliorem ad bonum, & procliviorem ad malum, eo quod vel ex eo pono vitio, tanquam ex cibo venenoso, vel ex statu & fibro venenoso serpentis, morbidam aliquid & malignam qualitatem contraxerit, quam non habuit ante peccatum, nec habuisset in statu nature pure. Secundo, alii velunt eam ad bonum morale factam esse debiliorem, ratione prævi aliqui habitus inclinantis in malum, qui ex Adami peccato in nobis residet. Sic docent omnes illi Auctores, qui existimant peccatum originale non consistere in privatio, sed in positivo; nempe in habitu inclinante hominem ad bonum committibile ut in ultimum finem, causato in nobis ex peccato Adami. Tertio alii qualitatem illam morbidam, aut habitum pravum quem præcedentes sententiæ asserunt, excludentes, dicunt superadditam fuisse potentiam nostris ex originali peccato majorem efficaciam vel intentionem, ratione cuius quasi a proprio & conaturali statu quem habent in pura natura, ad statum præternaturalem extractæ, effrenatius, & majorique impetu, tendunt in sua objecta, & in bona sensibilia contraria rationi. Ita sentiunt Jacobus Naclantus super c. 6. Epistolæ ad Roman. ad illa verba: Non ergo regnet peccatum, & Corduba lib. 1. quæst. 45. Quarto, Alvarez de auxili. disp. 45. & 47. & alii ex nostris Thomisticis, in codicibus manuscriptorum, fatentur quidem hominem per originale peccatum non esse infirmiorum quam esset in natura pura, aliqua diminutione intrinsicæ virium & facultatum suarum, sed contendunt illud esse debiliorem, accessu majorum impedimentorum ad bene operandum: cum enim peccatum originale hominem a Deo ut ab ultimo fine avertat, maximum præbet humano arbitrio impedimentum quoad boni prosecutionem. Quinto, alii, quos suppresso nomine, citat Suarez, Prolegom. 4. de gratia, & sequitur Ante Janenius disp. 15. sect. 1. existimant hominem, saltem ab extrinseco, esse impotentiorum ad bene vivendum in natura lapsæ, quam esset in natura pura, quia (inquit) humana natura per originale facta est digna quod minus suavi Dei providentia protegetur, quam protegeretur pura, & permittatur tentari acris a Dæmoniis. invidentibus homini eam felicitatem, a qua ipsi excederent; & quod ei denegentur plures cogitationes congrue ad bene operandum, que in statu pure nature ipsi concederentur. Alii denique docent, hominem in statu nature lapsæ nullo ex modis assignatis esse debiliorem ad bonum morale, quam esset in statu nature pure, sed in utroque statu easdem profusus esse vires, eandem difficultatem ad bonum, & pronitatem ad malum, cum in utroque sit donis supernaturalibus destitutus, habeatque contrarietatem appetituum, & varias perturbaciones ab extrinseco. Unde in eo solum parant hominem lapsam distingui ab homine in pure nature habente existente, quod ille se habet ut nudus, ille vero ut nudatus seu spoliatus: nam primus nunquam habuisset dona supernaturalia, nec exigentiam ipsorum; secundus vero iis in penam peccati originalis privatus est. Ita ex nostris docent Cajetanus, Conradus, Medina, Aravius, Marcus a Serra, Gabriel a S. Vincentio hic quæst. 109. art. 2. & Soto lib. 1. de natura & gratia cap. 13. ex aliis vero Scotus, Valentia, Bellarminus, Suarez, & Curiel. Unde fit

solum suæ naturæ, seu naturali conditioni relicto, & dono immortalitatis & impassibilitatis, quo in statu innocentie gaudebat, privatum. Consequentia vero probatur: Illud ipsum quod iustitia originalis faciebat in corpore, proportionem servata, præstabat & in anima; corpus enim per iustitiam originalem animæ subdebat, & anima Deo: Ergo sicut corpus per destructionem originalis iustitiæ fuit suæ naturæ relicto, ita & anima.

39 Tertio suadetur conclusio, discurrendo per singulos modos, quibus Adversarii docent naturam humanam in ordine ad bonum morale naturalis ordinis fuisse debilitatam, ac demonstrando nullum ex illis esse veritati consentaneum. In primis enim quod illa non sit facta debilior ad prosecutionem boni, per impressionem alicujus qualitatis morbide, vel pravi habitus inclinantis in malum, qui ex Adami peccato in ejus posteris resisteret (ut voluit Gregorius de Arimino, Henricus, & alii veteres Theologi) patet ex dicendis in Tractatu de peccatis disp. 7. art. 5. ubi ostendimus, qualitatem illam esse fictitiam & chimericam, & ex peccato originali nullum pravam habitum in nos resiliere, illudque non in aliquo positivo, sed in sola privatione originalis iustitiæ formaliter consistere.

40 Deinde quod illa non sit proclivior ad malum, se debilior ad bonum, ex eo quod inclinatio appetitus ad bona sensibilia, per additionem majoris efficacis & intentionis, facta sit major & vehementior, ut Naclantus & Corduba dicunt, non minus evidens est: tum quia, ut supra dicebamus, ex causa naturali non sequitur, propter remotiorem impedimentum, major aut minor effectus, quam secundum naturam posset sequi: tum etiam quia inclinatio naturalis ad bonum sensibile, cum sit proprietatis naturæ humanae, subindeque invariabiliter stat a generante, & essentia rei genitæ, non est intensibilis aut remissibilis, nec suscipit majus & minus.

41 Tertio quod homo in statu naturæ lapsæ non sit factus debilior ad bonum morale, per accessum majorum impedimentorum ad bene operandum, quam esset in statu naturæ puræ, facile contra Alvarez, & alios ex nostris Thomistas potest suaderi: nam cum in statu naturæ puræ homo haberet inclinationem appetitus sensitivi ad bonum sensibile, sine fræno aliquo reprimente ipsum, & per consequens contrarietatem appetituum, rebellionem passionum, & varias perturbaciones tum ab intrinseco, tum ab extrinseco; eadem plane haberet impedimenta ad bene operandum, quæ experitur in statu naturæ lapsæ.

42 Nec obstat, si dicas cum Alvarez, quod homo in statu naturæ puræ non esset averfus a Deo ut ultimo fine, sicut in statu naturæ lapsæ, ratione peccati originalis, ab illo averfus est; nam cum hæc averfus non sit positiva, sicut ea quæ in peccato actuali reperitur, sed tantum privativa iustitiæ originalis (ut ipse Alvarez fateatur, nobiscum sentiens peccatum originale non in aliquo positivo, sed in sola privatione iustitiæ originalis consistere) non se habet per modum impedimenti positivi ad bene operandum, sed tantum ut removens prohibens, nempe iustitiam originalem, quæ veluti frænum aureum motus inordinatos appetitus sensitivi in statu innocentie coerceret; unde a D. Thoma qu. 4. de malo art. 2. ad 7. *Retinaculum virtutum infernarum* appellatur.

43 Adde, quod homo a Deo creatus in puris naturalibus, aut ab alio homine descendens per seminale propagationem & perveniens ad usum rationis, solum esset conversus ad bonum ut sic, non autem ad Deum ut ultimum finem, neque ex natura sua postulare applicari a Deo nisi ad talem amorem boni ut sic, ex quo se movere posset ad quærendam illam beatitudinem communem in bono sensibili, vel honesto, in Deo, vel in creatura: in quo distinguitur homo ab Angelo; nam iste ex altiori gradu perfectionis petit moveri a Deo, ut ab agente particulari ad amorem finis particularis, & ad actum dilectionis Dei in primo instanti creationis applicari. Ex qua differentia oritur primo, quod homo etiam creatus a Deo in puris naturalibus posset peccare in primo instanti usus rationis, non tamen Angelus: secundo quod homo in statu naturæ puræ esset averfus a Deo, sicut in statu naturæ lapsæ, cum hæc solum differentia, quod in hoc statu privative & culpabiliter a Deo averfus est, in illo vero solum negative ab eo esset averfus. Quod explicat Cajetanus apertissimo exemplo nuditatis duorum hominum, quorum unus nunquam habuit vestes, neque jus ad eas; alter vero fuit prius vestitus, & postea denudatus ad castigationem alicujus criminis; nam nuditas in utroque est æqualis, & in hoc tantum differt, quod in primo habet rationem puræ & simplicis negationis; in secundo vero rationem privationis & pœnæ.

44 Denique quod homo in statu naturæ lapsæ ad bene operandum non sit debilior extrinsece, sive ex parte Dei denegantis concursum vel cogitationem congruam ad recte agendum, sive ex parte Dæmonis acrius & vehementius homines tentantis, quam fecisset in statu naturæ puræ, contra Anti-Jansenium breviter ostenditur: Primo quia non est potior ratio, cur homo post lapsum privetur au-

xiliis ex connaturali Dei providentia ipsi debitis, quam interius facultatibus, ratione quarum ea auxilia postulat: Sed naturales hominis facultates non fuerunt ablatæ aut diminutæ per peccatum, cum juxta Dionysium cap. 4. de divinis nominibus in homine, sicut in Dæmonibus, post peccatum naturalia manserint integra; quæ ut fert Sanctus Thomas 1. part. quest. 95. art. 1. perfectam subjectionem corporis ad animam, & inferioris appetitus ad superiorem, non fuisse homini naturalem, quia si naturalis extitisset, in eo per peccatum lapso permanisset: Ergo homo per originale non privatur auxiliis, aut cogitationibus congruis, ex connaturali Dei providentia ipsi debitis. Et licet supponeremus ipsum per tale peccatum incurrisse debitum illis carenti; nihilominus sciendum esset, illud per merita Christi Redemptoris ei remitti, quandoquidem per ea condonaretur etiam debitum carenti auxiliis supernaturalibus.

Deinde quantum est ex parte Dæmonis, pro explorato habendum est, aut ipsum non esse fortiorum & propensiorum ad tentandum, quam esset in statu puræ naturæ, aut hominem supposita Christi redemptione, esse potentiorum ad resistendum.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

Obijciunt in primis Adversarii: juxta commune Theologorum pronuntium, homo per peccatum originale fuit spoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus, ut articulo precedenti, conclusio ultima fere ostendimus: At hæc vulneratio, ut distincta a spoliatione gratuitorum, intelligi non potest absque diminutione virtutum naturalium ad bonum morale, sicut in ordine physico vulnus corporeum, absque aliqua debilitatione corporis, & virtutum corporearum diminutione, vix potest contingere. Unde S. Thomas in 2. dist. 30. q. 1. art. 1. ad 3. ait, quod tam Angelus, quam homo, per peccatum factus est minus habilis, & magis distans a finis consecutione: *Et propter hoc dicitur in naturalibus vulneratus, dicitur in naturalibus vulneratus, Luca 10. in Glossa. Ergo &c.*

Respondet primo, concessa Majori negando absolute Minorem; sicut enim natura humana dicitur integra in naturalibus, ratione unionis, pacis, & concordie inter partem inferiorem & superiorem, inter appetitum sensitivum & rationalem, quam originalis iustitia in statu innocentie, faciebat; ita potest dici vulnerata in naturalibus, propter amissionem hujusmodi unionis sive subordinacionis; nam sicut in naturalibus illud quod dividit & separat partes corporis inter se conjunctas, vulnerare dicitur, unde vulnus *diffinitio continui* definitur; ita in moralibus divisio facta per peccatum inter partem superiorem & inferiorem hominis, prius unitas & subordinata non incongrue vulnus appellari potest, per metaphoram a solutione continui corporalis ductam. Unde Beda supra relatus: *Peccatum dicitur vulnus, quia hic natura humana integritas violatur.*

Si in his, hominem in pura natura conditum non habitum perfectam illam unionem, & subordinacionem partis inferioris ad superiorem, et tamen non propterea dicendum fore vulneratum in naturalibus: Ergo nec in statu peccati originalis, Negato Consequentiæ, quia de ratione vulneris est, quod dividat & separat inter ea quæ prius erant unita, vel saltem deberant uniri: unde eadem divisio, quæ connotando præexistente unionem extremorum, aut ejus debitum, habet rationem vulneris, hæc connotatione seclusa, nequit appellari vulnus; ut patet in divisione repta inter digitos, quæ non est vulnus, quia digiti semper fuerunt divisi: si tamen quis nasceretur cum illis unitis & conglutinatis, nullatenus eorum divisio fieri posset sine vulnere. Cum ergo in statu puræ naturæ, non præcessisset in homine perfecta unio, & subordinatio partis inferioris ad superiorem, neque illa fuisset debita, divisio & discordia inter illas non habuisset rationem vulneris, modo vero cum talis unio in statu innocentie in homine præcessisset, ejusque debitum semper permaneret, nihil deest ad hoc ut divisio illa, facta per peccatum inter partem superiorem & inferiorem, habeat rationem vulneris, subindeque ut homo in statu peccati originalis dicitur non solum spoliatus gratuitis, sed etiam vulneratus in naturalibus.

Respondet secundo, distinguendo Minorem: Vulneratio intelligi nequit sine diminutione virtutum, &c. quæ homo habuit in statu naturæ integræ, seu originalis iustitiæ, concedo Minorem: quæ habuisset in statu naturæ puræ, nego Minorem, & Consequentiam. Itaque ut homo dici possit per peccatum originale vulneratus in naturalibus, non requiritur quod ejus voluntas facta sit propensior ad malum, & debilior ad bonum, adeoque minus indifferens & indeterminata ad utrumque, quam esset in natura sua, seu in puris naturalibus, sed sufficit quod sint minores vires in natura lapsæ, in ordine ad bonum morale ordinis naturalis, quam fuerint in natura integræ, seu in statu innocentie, vel ori-

vel originalis iustitiæ, ut revera minoris sunt: in eo si quidem statu innocentie donum integritatis perficiebat hominem, cumque reddebat aptiorem & potentiorum etiam ad actiones naturales, puta dilectionem Dei ut auctoris naturæ, observantiam legis naturalis, &c. quam esset ex natura sua; unde hoc donum privatus ac spoliatus in pœnâ peccati originalis, dicitur vulneratus in naturalibus, ut explicat S. Thomas supra qu. 85. art. 3. his verbis: *Per iustitiam originalem perfectè vaito continebat inferiores animæ vires, & ipsa ratio a Deo perficiebatur, ei subiecta. Hæc autem originalis iustitia subtrahitur est per peccatum primi parentis: Et ideo tenes vires animæ permanent quodammodo debilitatæ proprio ordine, quo naturaliter ordinantur ad virtutem, & ipsa debilitatæ, vulneratio dicitur naturæ. Ex quo intelliges, quod quando idem S. Doctor, loco in objectionibus citato, ait: *Homo per peccatum factus est minus habilis, & magis distans a finis consecutione, & propter hoc dicitur in naturalibus vulneratus*, loquitur de homine lapsæ, comparative ad statum innocentie, non vero de re respectum ad statum naturæ puræ: In quo etiam fere intelligi debet ad quod habetur in Concilio Arausicano, Valentino, & Tridentino, nempe liberum hominis arbitrium per peccatum Adæ fuisse infirmatum, & totum hominem in deterius secundum corpus & animam commutatum. Similiter quando in Tractatu de peccatis, docent Theologi, peccatum originale minuire inclinationem hominis ad bonum honestum, & rationi consonum, hoc debet intelligi de inclinatione ad bonum honestum, quam habuit homo in statu naturæ integræ, non vero de ea quam habuisset in statu naturæ puræ, si in eo conditus fuisset.*

Obijciens secundo: D. Anselmum libro de conceptu virginis cap. 5. comparat appetitum sensitivum, delinatum iustitia originali cum fera, quæ prius erat vincita, & postea ruptis vinculis ferociter fævit: sentit ergo talem appetitum postquam delinatus est fræno originalis iustitiæ, seu dono integritatis, quo a malo compellebatur, & coerceretur, magis ferivere, vehementiusque in bona sensibilia rationi contraria inclinare, quam fecisset in statu puræ naturæ, nisi nondum fuisset alligatus; subindeque hominem in statu naturæ lapsæ, procliviorum esse ad malum & debiliorem ad bonum, quam in statu naturæ puræ.

Respondet exemplum illud D. Anselmi non tenere in omnibus, sed in eo solum, quod scit fera, ruptis vinculis, operatur secundum suam naturalem feritatem; ita appetitus sensitivus, solum vinculo originalis iustitiæ, quam D. Thom. supra relatus, *retinaculum virtutum infernarum* appellat, tendit in bona sensibilia effrenate, & absque ordine & moderamine rationis, sicut ei competit ex natura sua: unde ex hac comparatione non recte inferitur, appetitum sensitivum hominis in statu naturæ lapsæ vehementius in bona sensibilia rationi contraria inclinare, quam in statu naturæ puræ. Et ratio disparitatis manifestæ est: fera enim dum est alligata, habet pro obsequio suæ feritatis illam detentionem causatam ex vinculis, unde non mitem, si postea illi ruptis plus fæviat, quam si vincula non fuisset: appetitus vero sensitivus hominis, dum erat ligatus per iustitiam originalem, seu donum integritatis, non habebat pro obsequio suæ feritatis talem, ut sic dicamus, detentionem & alligationem; & ideo non est cur solum illo vinculo magis fæviat, aut immoderatius ad malum inclinet, quam si nunquam fuisset ligatus, seu quam si homo in statu puræ naturæ fuisset conditus: præsertim quia (ut supra ex Cajetano dicebamus) ex remoyente prohibens non sequitur aut major aut minor effectus naturalis, quam ex natura ipsa sequatur.

Obijciunt tertio Adversarii cum Alvarez & est præcipuum illorum fundamentum: Homo in statu naturæ lapsæ, per originale peccatum averfus est a Deo, non solum prout est finis ultimus supernaturalis, sed etiam prout est finis ultimus naturalis; in statu vero naturæ puræ cum a peccato originali esset immunis, non esset ab illo ut fine ultimo naturali averfus: Sed hæc averfus maximum præbet humano arbitrio impedimentum ad boni honesti prosecutionem: Ergo homo in statu naturæ lapsæ, majora habet impedimenta ad prosecutionem boni honesti, seu boni moralis ordinis naturalis, quam habuisset in statu puræ naturæ, subindeque debilior est ad operandum bene moraliter, non quidem diminutione aliqua intrinseca virtutum & facultatum suarum, sed accessu majorum impedimentorum. Major videtur certa: Minor vero probatur. Sicut se habent principia in speculabilibus ad intellectum, ita se habent fines in operabilibus ad voluntatem, ut passim docent Aristoteles & S. Thomas: unde sicut ille fit male affectus circa conclusiones, & redditur incapax ad recte discurrendum circa illas, qui caret notitia principiorum, & per ignorantiam vel errorem ab illis averfus est, absque ulla profus sui diminutione, aut suæ virtutis remissione: ita etiam voluntas ex hoc ipso quod ab ultimo fine est averfa, absque ulla profus sui diminutione, est minus habilis ad eligenda media ad illum conducentia, & ad tendendum in bonum honestum & rationi consonum.

Theol. Gener., Tom. II.

Huic argumento respondet Suarez ubi supra, negando 5a Majorem, existimat enim peccatum originale non avertere hominem a Deo ut est finis naturalis, sed solum ut est finis supernaturalis.

Sed hæc solutio displicet: Quia si peccatum originale non averteret hominem a Deo ut est finis naturalis, sequeretur parvulus in peccato originali decedentes habere beatitudinem naturalem, in fruitione Dei ut ultimi finis naturalis consistentem: quod a D. August. serm. 14. de verbis Apostoli, ut dogma Pelagianum rejicitur, & a nobis suse impugnabitur in Tractatu de peccatis disput. 7. art. 7. §. 5. Unde

Melius respondetur, quod homo in statu naturæ lapsæ, 53 per originale peccatum non est averfus a Deo ut ultimo fine naturali, averfione positiva, sed dumtaxat privativa illius conversionis ad talem finem, non quæ esset in statu naturæ puræ, sed quæ esset in statu iustitiæ originalis; cum enim homo naturaliter conset ex duplici appetitu opposito, nimirum rationali, inclinante ad bonum honestum & rationi consonum; sensitivo, ad bonum sensibile rationi contrarium pertrahente; non exigit ex sua natura applicari a Deo ad amorem boni honesti, vel boni sensibilibus determinate & in particulari, nec per consequens ad dilectionem Dei ut auctoris naturæ, sed dumtaxat ad amorem boni ut sic, & beatitudinem in communi; ex quo per discursum rationis, & electionem voluntatis, se movere possit ad quærendam beatitudinem in particulari in bono honesto, vel in bono sensibili, in Deo vel in creatura, ut supra annotavimus: quare si fuisset conditus in statu naturæ puræ, in primo instanti usus rationis fuisset averfus a Deo, etiam ut auctore naturæ, non quidem averfione privativa & culpabili, sicut in statu naturæ lapsæ, sed pure negativa & inculpabili; caruisset enim conversione ad Deum ut naturæ auctorem, non propter aliquam culpam præcedentem, sed ob defectum naturalis conditionis. Unde hoc argumentum probat quidem minores esse vires hominis in natura lapsæ, quam in natura integræ, non tamen quam in natura puræ.

Obijciunt ultimo Adversarii cum Alvarez disp. 51. de 54 auxiliis: Homo in puris naturalibus conditus posset ex virtutibus propriis, & cum solo generali Dei concursu, Deum ut auctorem naturæ super omnia dilectione efficaci diligere; cum ad hoc naturali præcepto teneretur, & sine potentia non set obligatio: Sed homo in statu naturæ lapsæ actum dilectionis Dei efficacem & perfectum cum solis virtutibus naturalibus, & generali Dei concursu, elicere nequit, ut communitate docent nostri Thomistæ in Tractatu de gratia, & nos ibidem disp. 1. art. 4. ostendimus: Ergo in statu naturæ lapsæ minores habet vires, quam habuisset in statu naturæ puræ.

Respondet negando Majorem: nam, ut dicemus in Tractatu de gratia, licet homo in puris naturalibus conditus, Deum ut auctorem naturæ posset efficaci dilectione super omnia diligere sine gratia, seu auxilio ordinis supernaturalis (quod status puræ naturæ excluderet) non tamen ex propriis virtutibus, & cum solo generali Dei concursu, sed ad hoc indigeret auxilio speciali ordinis naturalis, quod status puræ naturæ non excluderet, ut infra ostendimus disp. 6. art. 1. unde tale auxilium homini in puris naturalibus condito Deum offerret, quotiescumque præceptum dilectionis urgeret, hoc exigente sua providentiæ suavitare, quæ nunquam impossibilitate præcipit.

Dices: Ut homo lapsus, exilens in peccato mortali, 56 efficaciter Deum naturæ auctorem super omnia diligit, indiget non solum auxilio speciali ordinis naturalis, sed etiam auxilio supernaturali, & gratia habituali, ut docent nostri Thomistæ in Tractatu de gratia, & colligitur ex S. Thom. 1. 2. q. 109. art. 3. ubi docet ad dilectionem Dei indigere hominem lapsum *gratia sanante*, quo nomine gratia habitualis intelligitur; ut constat ex art. 4. sequenti: Ergo est in statu naturæ puræ homo indigeret auxilio speciali ordinis naturalis, ad actum efficacem dilectionis Dei eligendum, nihilominus stat, illum in statu naturæ lapsæ minores habere vires, quam habuisset in statu naturæ puræ.

Respondet distinguendo Antecedens: indiget auxilio supernaturali, & gratia habituali, per modum principii efficientis, & dantis vires ad talem actum eligendum, nego Antecedens: per modum principii efficiendæ ab impedimento peccati, seu remoyentis prohibens, nimirum averfionem a Deo ut ultimo fine, concedo Antecedens, & nego Consequentiam. Solutio patet ex dicendis in Tractatu de gratia disp. 1. art. 4. ubi examinabitur, an etiam homo justus indigeat auxilio supernaturali ad talem dilectionem eligendam. Ibi etiam vult agemus de necessitate gratiæ in homine lapsæ ad bene operandum, & ostendimus quod si illa in statu innocentie & integritatis homini sano ad recte operandum necessaria fuit, a fortiori in statu naturæ lapsæ, homo debilis & infirmus ea indiget, juxta illud Ezechiel 15. *Quid fiet de ligno vitæ? etiam cum esset integrum, non erit aptum ad opus: quanto magis cum illud ignis devoraverit, & combussurum, nihil ex eo fiet opus.* Ubi quanyvis historico sensu civis Hierosolymitanus intelligit Hieronym.

sensu tamen spiritali, intelligitur natura humana, ac si diceretur: Si natura humana integra, ex se non erit apta...

DISPUTATIO V.

De statu Naturae Reparatae.

Hic est quartus naturae humanae status, in quo nunc versamur, & in quo per Christi gratiam a peccato liberari...

ARTICULUS I.

An primi parentes peccati sui veniam & aeternam salutem consecuti fuerint?

Ratio dubitandi sumitur ab exemplo Angelorum, quibus via concessa non est ad remissionem peccati obtinendam...

Dico primo, Adamum per poenitentiam peccati sui veniam fuisse consecutum, & in gratiam Dei restitutum. Probatur conclusio ex Scriptura...

Accedit suffragium SS. Patrum, qui id unanimi fere consensu affirmant: Irenaeus enim lib. 3. c. 37. ait quod Adamus transgressione fecit poenitentiam...

Indicia vero seu conjecturae hujus veritatis tres assignari possunt, una ex parte Dei, alia ex parte Christi, & tertia ex parte ipsius Adam...

Adit Pererius lib. 6. in Genesim, ad illa verba: Fecit

quoque Dominus Deus Ada & uxori ejus unicas pelliculas, & induit eos, Deum eo vestitu indicare voluisse, quemadmodum Adamus, & quivis peccatorum, nuditate animae suae...

Ad rationem vero dubitandi initio adductam, quare scilicet Deus homini peccati locum poenitentiae concessit, non vero Angelo, respondet Gregorius Magnus lib. 4. Mor. cap. 9. his verbis: Unas ad intelligendam creaturam Deus...

Dico secundo, Adamum salutem aeternam consecutum esse. Colligitur ex Scriptura. Sapient. 9. ubi sic dicitur: Per sapientiam sanctorum quicunque placuerunt tibi Domine a principio...

Favent etiam SS. Patres, praesertim Irenaeus lib. 3. adversus haereses cap. 34. & sequentibus, ubi quatuor rationes seu congruentias insinuat, ad hanc veritatem suadendam. Prima, quia aliquando Deus vel infirmus vel injustus videretur...

Similia habent alii SS. Patres: Nazianzenus enim orat. 37. de Adamo & Eva ait: Utinamque serpens deciperet, utrumque Christus passione sua salute donavit...

Demum, Christum in monte Calvariae, ubi Adam sepultus est, fuisse crucifixum, ut primi parentis reliquias sanguine suo rigaret, eique jus immortalitatis, & spem resurrectionis, & consequentiae salutis tribueret...

Et ver-

Et vero, fratres, non incongrue creditur quod ibi erectus sit medicus, ubi jacebat agrotus. Et dignum erat, ut ubi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret divinis misericordias...

Quod diximus de justificatione & glorificatione Adami, eadem fere certitudine de Eva sentiendum est, nam licet Scriptura, Sapient. 9. & 10. de solo Adamo mentionem faciat...

ARTICULUS II.

An homines in statu naturae reparatae per Christum, in se invicem gratiam, & plura ac majora merita habeant, quam habuissent in statu innocentiae, si perseverassent?

Partem affirmantem tenent D. Bonaventura in 2. dist. 29. art. 3. q. 6. Gabriel ibidem art. 2. & Pererius lib. 5. in Genesim disp. de gratia status innocentiae, q. 5. propositio 3. ubi sic ait: Probabili conjectura arbitratur, plus gratia dari hominibus in statu legis Evangelicae, propter Christi advenum ac meritum, quam in statu innocentiae fuisset datum...

Hac opinio probabilitate non caret, eique adhaerere videtur Serra intra quest. 95. art. 5. ubi exponens conclusionem illam D. Thomae, qui ait quod opera primi hominis fuerunt efficaciora ad meritum, quam nostra...

Dico breviter, si status innocentiae durasset, communis quidem ac vulgaris hominum multitudo, inferiorem gratiam, & plura ac majora merita habuisset, quam ordinarie in hominibus lapsis communi modo viventibus inveniantur...

Prima pars hujus conclusionis probatur: In statu naturae lapsae, & peccati Christi reparatae, vulgaris & communis hominum multitudo, sequitur impetum naturae corruptae, praeque committit peccata, quibus ponit obicem divinae gratiae, & merito vitae aeternae, quia nimirum, licet natura humana per gratiam sanetur quantum ad mentem...

remaneat tamen in ea corruptio & infectio quantum ad carnem, per quam servus legi peccati, ut ait S. Thom. 1. 2. quest. 109. art. 9. Contra vero in statu innocentiae, cum nulla esset concupiscentia, & corruptio carnis ad peccandum inclinans, homines minores & rariores peccandi occasionem, & plures bene operandi habuissent, subindeque rarius peccassent, quam in statu naturae corruptae, & per consequens in illis copiosior gratia fuisset, nam obfuscata in humana natura inventio, ut ait S. Thom. infra quest. 95. art. 4. unde cum quantitas meriti ex parte gratiae attendatur, ut ibidem ait idem S. Doctor, si status innocentiae durasset, communis ac vulgaris hominum multitudo, plura ac majora merita habuisset, quam ordinarie in hominibus lapsis communi modo viventibus inveniantur.

Quod vero in statu naturae lapsae, & per Christum reparatae, magna sit iustorum & sanctorum multitudo, qui in intentione gratiae, & in excellentia, multitudine, ac varietate meritorum, superant iustos & sanctos qui fuissent in statu innocentiae, speraverat, patet in Joanne Baptista, Apostolis, innumeris Martyribus, Confessoribus, Monachis, ac Virginibus, qui mirabile vitae genus duxerunt, & opera virtutum stupenda fecerunt. Hic enim plane videtur esse quasi proprius & singularis effectus incarnationis & redemptionis Christi. Et per hoc facile explicantur testimonia Scripturae & SS. Patrum, a Pererio adducta, facileque intelligitur quomodo Christus venit ut homines vitam abundantius habeant, & ubi abundavit delictum, superabundet & gratia, nobisque plus boni ex meritis Christi adveniat, quam perideramus per peccatum Adami, & damni estimationem, beneficium magnitudo excedat. Quapropter Gregorius calpam Ade felicem appellare non dubitavit, cum illius occasione tot & tanta in genus humanum redundaverint bona, praesertim vero in specie illud decus unionis hypostaticae, quae, ut ait Augustinus, adeo naturam humanam exevit, ut quo ascenderet altius non haberet.

ARTICULUS III.

In quo differat gratia status naturae lapsae, & per Christum reparatae a gratia status innocentiae?

S. I.

Praesertimur quae fere apud omnes sunt certa.

Certum est in pluribus differre gratiam status naturae lapsae reparatae, quam medicinalis vocant, a gratia status innocentiae, quae gratia sanitatis appellari solet: & in primis in eo quod omnis gratia medicinalis sit ex Christi meritis, unde gratia Christi appellatur, gratia vero sanitatis ex illis non fit, ut in Tractatu de Incarnatione fuisse ostendimus disp. 14. art. 4. Secundo differunt in hoc quod gratia sanitatis ad id tantum fuit collata, ut homo sanctitatem & innocentiam acceptam conservaret; gratia vero medicinalis ad hoc datur, ut a variis peccati originalis & actualis vulneribus perfecte sanetur; quamvis hanc perfectam sanitatem non assequatur in hac vita, sed tantum in patria. Nam ut ait S. Thom. 1. 2. quest. 109. art. 9. Licet natura humana per gratiam sanetur quantum ad mentem, remaneat tamen in ea corruptio & infectio quantum ad carnem, per quam servus legi peccati, ut dicitur ad Roman. 7. Remaneat quaedam ignorantia obscuritas in intellectu, secundum quam, ut etiam dicitur ad Roman. 8. quid certius sicut oportet nescimus. Et art. 10. ad 3. dicit, quod est reparatio gratia Christi hic sit inchoata quantum ad mentem, nondum tamen est consummata quantum ad carnem, quod erit in patria. Item quest. 85. art. 5. ad 2. Oportet (inquit) quod ad immortalitatem, & impassibilitatem gloriae, qui in Christo inchoata est, & per Christum nobis acquisita perveniamus, conformari prius passionibus ejus: unde oportet quod ad tempus ejus passibilitas in nobis corporibus remaneat, ad impassibilitatem gloriae promovendam conformiter Christo. Quam etiam rationem insinuat Tridentinum sess. 5. cap. 5. ubi docet, quod quamvis per baptismum reatus omnis peccati originalis penitus tollatur, remaneat nihilominus baptizatis concupiscentia, seu fomes peccati, qui ad agnoscendum in nobis relictus est: cum, teste Apostolo, non coneretur, nisi qui legitime certaverit. Hae in confesso sunt apud omnes. Unde

Duae tantum hic supersunt difficultates, breviter discutenda. Prima est, an gratia sanitatis in eo praesertim differat a gratia medicinali, quod gratia sanitatis homo, si vellet, dissentire possit: gratia vero medicinali ita necessario assentitur, ut illi dissentire non valeat: Hanc enim utriusque differentiam assert Calvini in Antidoto Concilii Tridentini ad sess. 6. artic. 6. ubi in Patres Tridentinos invehitur, quod dicendo hominem in statu naturae lapsae posse gratiam oblatam abicere, eique dissentire si velit, id gratia medicinali tribuant, quod erat proprium gratiae sanitatis; ipsique hac de causa Pelagianismi notam inurit.